



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 48. S. Augustini labores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Sæculum V.
A. C. 412.

§. XLVIII.

S. Augustini Labores.

Sub finem hujus epistolæ S. Augustinus, quantis laboribus prematur, significat in hunc modum: *si tibi rationem reddere possem impensi temporis, & laborum omnium, quos suscipere coactus sum, admiratio haud dubie, simulque commiseratio te tangeret, quod tanta negotiorum mole obruar, nec tamen bis me ipsum liberare liceat; hæc est causa, quæ me illud opus, quod a me instanter petis, aggredi non sinat; id tamen facere opto, atque ob hoc ipsum, quod hoc exequi non possim, ultra quam credi possit, affligor. Quando pulisper otium est ab incursum illorum, qui quotidie negotiorum causa ad me veniunt, & ita premunt, ut devitare nequeam, nec contemnere liceat, non desunt alia scripta concinnanda, & præferenda, quod ea temporis ratio differri non permittat; etenim Charitas non amicitie gradu, sed indigentium necessitate regitur. Hinc, quamvis modica sint intervalla inter negotiorum turbas, quibus me vel aliorum necessitas, vel emendandi pravi affectus fatigant, nunquam tamen mihi desunt dictanda, quibus ab illis distrabor, quæ magis genio arderent; ita, ut quid mihi agendum, nesciam! opera, quæ tunc sub manibus ejus erant, notat sequentia: *libros de Baptismo infantum,**

fantum, Breviculum Actorum Colloquii, Sæculum V.
Epistolam ad Donatistas Laicos, duas pro- A. C. 412.
lixiores epistolas ad Volusianum, & Mar- *ep. 141.*
cellinum, & longam epistolam ad Hono- *ep. 137.*
ratum. S. Augustinus sæpius in suis ope- *138.*
 ribus mentionem facit de laborum suo- *ep. 140.*
 rum multitudine, & præsertim in epistola *ep. 118. al.*
 ad Dioscorum, ut eum a vano rerum oc- *56. n. 1. n.*
 cultarum studio aversum ad seriam Philo- *ult.*
 sophiæ Christianæ Doctrinam reduceret.

§. XLIX.

Concilium Cirthanum.

Epistola S. Augustini ad Donatistas est *ep. 141.*
illa Concilii Cirthani, seu Zertenis, *al. 152.*
 in quo Silvanus, Numidiæ Primas præ-
 erat. S. Augustinus nomine omnium
 Episcoporum, quibuscum Concilio inter-
 fuerat, loquitur, ut refutet Episcopo-
 rum Donatistarum calumniam; quippe
 in populum sparserant, Marcellini Tribu-
 ni fidem pecunia corruptam fuisse, ut se
 damnaret. Compendio recenset, quæ
 in Colloquio Carthagenensi acta fuissent,
 præcipue in usum illorum, qui ipsa Acta
 habere non possent, aut quibus ea lege-
 re nimis longum foret. *Nihil intenta-* *n. 3. n. 7.*
tum reliquerunt, inquit: ut nihil ageretur,
cumque id efficere non potuerint, saltem,
inutili garritu sæpissime immixto, hoc
facere non omiserunt, ut acta sine nausea
legi nequeant. Illam veritatem, quæ im-

M m 4

pruden.